



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||IFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xvii. De seruis non ordinandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De seruis non ordinandis.

beneficiis suspenduntur.

12. *Ad
hæc.*

Qui verò etiam à pontificibus ex legitimo ma-
trimonio procreati erunt, ad sacros ordines(ni-
si quid aliud obuiabit) licitè adscendunto. be-
neficiū item in quibus ecclesiis genitores eorū
præsunt præerunt rectè obtinento.

5. *Veniens*

Episcopus si presbyterum ad aliquam ecclē-
siā, in qua pater eius ministrassit, sciens ordi-
nassit: in hac ipsum in pace dimittito. si igno-
rassit: donec ipsi in alia ecclēsia, vnde honestē
sustentari debeat, prouiderit, eū olli relinquito.

De seruis non ordinandis. Tit. 17.

5. *Consu-
luit.*

EPiscopi neque spurios, neque seruos ordi-
nanto.

8. *Dile-
ctus.*

In his hoc seruator. Matris conditionem fi-
lius imitator. hæc si libera erit: etiam si quis pa-
trem hominem seruū esse adseret, in presbyter-
um promoueri ne impedito.

1. *Instrue-
di.*

Cæterū nemo, nisi ante ingenuitatis digni-
tate potietur, clericus fieri permittitor. Episco-
pi, ne id post infirmetur, néve vituperetur, pre-
cauento.

2. *De ser-
uorum.*

Itaque seruos, nisi priùs à dominis libertatem
consequuti erunt, nemo episcoporum promo-
uetō. hi, si dominum suum fugerint, & callidi-
tate, fraude, dolo malo ad gradus ecclesiasticos
peruererint: deponuntor, domini ipsos reci-
piunto.

4. *Nullus*

Sed & quem dominus eius libertate donatum
in presbyterum fecit ordinari ne superbito. do-

De oblig.ad rati.ordin.vel non.23

mino suo canonicas (quas vocant) horas psalle-
re si nollet: ad cūsus apud episcopum ordina-
torem degradator.

Hypodiaconatus sacer ordo habetor. eodem, 7. Mirac-
cum de seruis ordinatis in seruitutem reuocan- mur.
dis quāretur. cum diaconali gradu priuilegio
gaudeto.

De famulis ecclesiæ presbyteros & diaconos ^{3. De fa-}
per parrochias , posteaquā manumissionē statū ^{mulis.}
recepisint libertatis , constituere liceto . Quod
ipsis debitum, conlatūmve erit, in personas ex-
traneas ne transmittunto . Omnia ad ius ecclie-
siæ, à qua manumissi sunt , post eorum obitum
pertinentio. hi , sicuti nec cæteri ecclesiæ liber-
ti, ecclesiam ne ad cūsus, ad uorsus eam ne te-
stificantor. Ad id si ad spirabunt: libertate & ho-
noris gradu carento . Eum non dignitate natu-
ræ, sed temporis necessitate promeruisse putan-
tor.

Qui tamen à parentibus suis ecclesiæ seruis ^{6. Eo li-}
dominis connuentibus militiæ clericali abso- ^{bentius.}
lutè traditi erunt, ad aliam ecclesiam transeun-
di licentiam habento. si autem eo tenore manu-
missio data erit, & ordini clericali erunt obliga-
ti, vt manumittenti ecclesiæ in diuinis, quandiu
vixerint, obsequiis famulatum impendant: ad
aliam ecclesiam ne transferuntor.

De obligatis ad ratiocinia ordinan.vel non.Tir.18.

Qui procuratores, actores, exequutores, seu ^{1. Ma-}
curatores pupillorum sunt, fuerunt, nigrus.